Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



act. 9

hierusalem sic te oportet, rome testificari. Facta autem
die collegerunt se quidam ex iudeis et deuouerunt se dicen
tes. Neque manducaturos neque bibituros donec
occiderent paulum. Erant autem plus quam quadraginta
uiri qui hanc conuirationem fecerant. Qui accesserunt
ad principes sacerdotum et seniores. et dixerunt. Deuotione
deuouimus nos nihil gustatum donec occidamus paulum.
Nunc ergo uos notum facite tribuno cum concilio
ut producat illum uobis. Tamquam aliquid certius cog
nituri de eo. Nos uero prius quam adpropiet parati sumus
interficere illum. Quod cum audisset filius sororis
pauli insidias. uenit et introiuit in castra. Nuntia
uitque paulo. Vocans autem paulus ad se unum ex centurio
nibus ait. Adolescentem hunc perduc ad tribunum. habet
enim aliquid indicare illi. Et ille quidem adsumens eum
duxit ad tribunum. Et ait. Vinctus paulus uocauit roga
uit me hunc adolescentem perducere ad te. habentem
aliquid loqui tibi. Adprehendens autem tribunus manum
illius secessit cum eo seorsum. Et interrogauit illum.
Quid est quod habes indicare mihi. Ille autem dixit. Iudei
conuenerunt rogare te ut crastino die paulum producas
in concilium. Quasi aliquid certius inquisituri sint
de illo. Tu uero ne credideris illis. insidiantur enim ei
ex eis uiri amplius quam quadraginta. Qui se deuouerunt
non manducare neque bibere donec interficiant eum.
Et nunc parati sunt exspectantes pmissum tuum.
XI Tribunus igitur dimisit adolescentem. Precipiens nemi
loqueretur. quia hec nota sibi fecisset. Et uocatis duobus
centurionibus dixit illis. Parate milites ducentos ut
eant usque cesaream. et equites septuaginta. Et lancea
rios ducentos. A tertia hora noctis. et iumenta prepa
rate ut imponentes paulum producerent ad
felicem presidem. Scripsit enim epistulam continentem hec.
Claudius lysias optimo presidi felici salutem. Virum

timuit enim ne forte rapient eum iudei et occident. Ipse per
calumniam sustinens. Tamquam acceptturus esset pecuniam